§. III.

Eidem Religioni Græcæ permittitur libera erectio
Templorum, Monasteriorum, instituendarum
Religionum et veterum Templorum restau-
ratio et innovatio; Quantum vero attinet ad
Templa, et bona ex antiquo in pervetusta Græca
Religione fundata ea possideant antiqui Græci
Veræ fidei, quæ templa post præstitum Iuramentum
fidelitatis Colonellos, aliosque Primores Exer-
citus Zaporoviensis in Spatio dimidij anni defe-
rentur, nec non Commissarios ab utrinque
delegatos; Eius autem Græcæ fidei Orthodoxæ
quæ est contraria fidei Græcæ antiquæ, ob quæ dis-
sensionem inter gentem Romanam ac veterem
Græcam mater est; nullius Spiritualium, vel
Secularium Senatorij vel Equestris Ordinis Tem-
pla Monasteria fundationes innovare, erigere,
ampliare, tam in bonis spiritualibus, quam Regalibus,
nec non proprijs hæreditarijs quocumque modo pote-
rit, et vigore huius Commissionis in perpetuum non
audebit; Romanæ autem fidei in Palatinatibus
Kiovien., Braslavien., Czernichovien., liberum
exercitium conservabitur; Seculares autem Dni
tam hæreditarij, quam Officiales S. R. Maiestatis
Romani Ritus nullam habebunt Iurisdictio-
nem super Spiritualibus tam Seculares, quam
Claustrales Græcæ Religionis præter Ordina-
rium Pastorem.